mine· intellectus ſpiritalis archanum· Nam ſicut qui pecuniam ſoluunt de
bitum reddunt· nec prius euacuatur fenoris nomen· quam toti ſortis ad nu
mum uſque quocumque ſolutionis genere quantitas uniuerſa ſoluatur· ſic com
penſatione caritatis actuumque reliquorum uel ſatiſfactione quacumque
peccati pena diſſoluitur· Non ocioſum eſt quod non extra ſic alibi duo· Non
aſſem non denarium ſed quadrantem hoc poſuit loco· Quadrantaria enim per
mutatio quaedam ueluti eſt compenſatio· cum aliud redditur et aliud ſigni
ficatur ſolutum· Ita et hic ait precio caritatis redimitur iniuria· aut
iniurię eſtimatione pena laxatur. Quadrantem autem in balneis dare
ſolere reminiſcimur· cuius oblatione ut illic unuſquiſque lauandi accipit fa
cultatem· ita hic accipit eluendi· quia uniuſcuiuſque peccatum ſuſceptę ge
nere conditionis eluitur· cum tamdiu exercetur noxius penis· ut commiſſi
ſupplicia erroris expendat. De galileis autem illis quorum ſanguinem
pilatus miſcuit cum ſacrificiis eorum· figura quaedam uidetur· eos tangens qui eo
actu diabolico non pure offerunt ſacrificium· quorum oratio in peccatum·
ſicut de iuda ſcriptum eſt proditore· qui proditionem ſanguinis
domini inter ſacrificia poſitus cogitabat.

De arbore fici· XL·

ARBOREM fici quidam habuit plan
tatam· in uinea ſua· Quod ſi uult quod in
euangelio ſuo dominus fici parabola frequenter induxit. Habes enim alibi·
quod iuſſu domini uiriditas omnis ligni huius frondentis aruerit. Unde
intellegimus omnium creatorem· qui poteſt imperare naturis· ut uel areſcant
ſubito uel uireſcant· Alibi ex teneritudine arboris huius et foliis com
memorat conici ſolere eſtatis aduentum· utroque ſignificans et iuda
icę plebis inanem quam pretendebat gloriam uelut florem in aduentu domini
decidiſſe· quia operibus infructuoſa durabat· et iudicii die uelut eſtatis
aduentum quo adulti fructus terrarum omnium reconduntur ex plenitudine
eccleſię in qua iudei quoque credituri ſunt eſſe metiendum· Etiam hic ergo altioris
ſenſus aliquod quaeramus archanum· Ficus inuenta eſt· Erat enim uinea